

petrus· Quare non possum tequi modo ·animam meam
pro pro ponam· Respondit ihs· Animam tuam prome ponis·
Amen amen dico tibi· non cantabit gallus donec me ter
neges· &at discipulis suis·
Non turbetur cor uru· Creditis in dm· et in me credite· In do
mo patris mei· mansiones multe sunt· Si quo minus· dixissem
uobis· quia uado parare uobis locum· Et si abiero et prepa
rauero uobis locum· iterum uenio· et accipiam uos ad me
ipsum· & ubi sum ego· et uos sitis· Et quo ego uado scitis·
et uiam scitis· Dicit ei thomas· Dne· nescimus quo uadis·
et quomodo possumus uiam scire· Dicit ei ihs· Ego sum
uia· & ueritas et uita· Homo uenit ad patrem· nisi per me·
Si cognouissetis me· et patrem meum utiq· cognouissetis·
Et amodo cognoscetis eum· et uidistis eum· Dicit ei philip
pus· Dne· ostende nobis patrem· et sufficit nobis· Dicit
ei ihs· Tanto tempore uobiscum sum· et non cognouistis
me philippe· Qui uidet me· uidet et patrem· Quo modo
tu dicis· ostende nobis patrem· Non credis· quia ego in
patre et pater in me est· Uerba que ego loquor uobis·
a me ipso non loquor· Pater aut in me manens· ipse facit
opera· Non creditis· quia ego in patre· & pater in me est·
Alioquin· propter opera ipsa credite· Amen amen dico
uobis· qui credit in me· opera que ego facio· et ipse faciet·
Et maiora horum faciet· quia ego ad patrem uado·
Et quod cumq· petieritis in nomine meo hoc faciam· ut clari
ficetur pater in filio· Si quid petieritis me in nomine meo·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Trierer DOM
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0296